UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 vtrum opponatur fortitudini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

A est quædam paſſio. Paſſio autē quandoque quidem eſt moderata ſecundum rationem, quandoque autem caret moderatione vel per exceſſum, uel per defectum: & ſm hoc eſt paſſio uitioſa. Sumuntur autē quandoq; nomina paſſionū a ſuperabundanti, ſicut ira dr̄ nō quæcumque, ſed ſuperabundans, prout ſcilicet eſt vitioſa: & hoc ēt modo audacia per ſuperabūdantiā dicta, ponitur eſſe peccatum.

Ad primvm ergo dicēdū, ꝙ audacia ibi ſumitur, ſm qđ eſt B moderata ratione: ſic enim pertinet ad uirtutem fortitudinis.

Ad secvndvm dicēdum, ꝙ operatio feſtina commendabilis eſt poſt conſilium, quod eſt actus rationis: ſed ſi quis ante conſilium vellet feſtine agere, non eſſet hoc laudabile, ſed vitioſum. Eſſet enim quædā præcipitatio actionis, quod eſt vitiū prudentiæ oppoſitū, vt ſupra * dictum eſt: & ideo audacia quæ operatur ad velocitatem operādi, in tantum laudabilis eſt, in- C quantum a ratione ordinatur.

Ad tertivm dicendum, ꝙ quædā vitia innominata ſunt, & ſimiliter quædam virtutes, ut patet per * Philoſ. in 4. Ethic. & ideo oportuit quibuſdā paſſionibus uti nomine virtutum, & vitiorum. Præcipuè autem illis paſſionibus vtimur ad vitia deſignāda, quorum obiectum eſt malū, ſicut patet de odio, timore, ira, & audacia. Spes autem & amor habent bonum pro obiecto: & ideo magis eis utimur ad D deſignanda nomina virtutum.

Articvlvs II.

Vtrum audacia opponatur fortitudini.

Ad secvndvm ſic proceditr̄. Vr̄, ꝙ audacia non opponatur fortitudini. Superfluitas. n. audaciæ videtur ex animi præſumptione procedere: ſed præſumptio pertinet ad ſuperbiam, quæ opponitur humilitati. ergo E audacia magis opponitur humilitati, quàm fortitudini.

¶ 2 Præt. Audacia non vr̄ eſſe uituperabilis, niſi inquantū ex ea prouenit vel nocumentū aliqđ ipſi audaci, q ſe periculis inordinatè ingerit, uel ēt alijs, quos ꝑ audaciā aggreditur, uel in pericula præcipitat: ſed hoc vr̄ ad iniuſtitiā ꝑtinere. ergo audacia ſm quod eſt peccatum, non opponitur fortitudini, ſed iuſtitiæ,

A ¶ 3 Præt. Fortitudo eſt circa timores & audacias, ut * dictum eſt: ſed quia timiditas opponit̄ fortitudini ſecundū exceſſum timoris, habet aliud uitium oppoſitum timiditati ſecundū defectū timoris. Si ergo audacia opponat̄ fortitudini pp exceſſum audaciæ, pari rōne opponetur ei aliquod uitium pp audaciæ defectum. ſed hoc non inuenitur. ergo nec audacia debet poni uitium oppoſitū fortitudini.

Sed contra eſt, ꝙ * Philoſ. B in 3. & 4. Ethic. ponit audaciam fortitudini oppoſitam.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra * dictum eſt, ad uirtutem moralem pertinet modum rationis ſeruare in materia circa quam eſt: & ideo omne uitium, quod importat immoderantiā circa materiam alicuius uirtutis moralis, opponitur illi uirtuti morali, ſicut immoderatū moderato. Audacia aūt ſecundum quod ſonat in uitium, importat exceſſum paſſionis, qui audacia C dicitur: unde [d] manifeſtum eſt, quòd opponitur uirtuti fortitudinis, quæ eſt circa timores & audacias, ut ſupra * dictum eſt.

Ad primvm ergo dicēdum, ꝙ oppoſitio vitij ad uirtutē nō attēditur principaliter ſecundū cauſam uitij, ſed ſecundū ipſam uitij ſpeciem: & ideo non oportet quòd audacia opponatur eidem uirtuti, cui opponitur præſumptio, quæ eſt cauſa ipſius.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ ſicut directa oppoſitio uitij nō D attenditur circa eius cauſam, ita etiam non attēditur ſecundum eius effectum. Nocumētum autem qđ prouenit ex audacia, eſt effectus ipſius: unde nec etiā ſm hoc attēdit̄ audaciæ oppoſitio.

Ad tertivm dicendum, ꝙ motus audaciæ conſiſtit in inuadendo id quod eſt homini contrarium, ad quod natura inclinat, niſi inquantum talis inclinatio impeditur per timorem patiēdi nocumentū ab eo: & ideo uitium quod excedit in audacia, non habet contrarium defectū, niſi timiditatem tantū: ſed audacia non ſemper concomitatur E tantū defectum timiditatis, quia ſicut * Philo. dicit in 3. Ethi. audaces ſunt præuolantes, & uolētes ante pericula, ſed in ipſis diſcedunt, ſcilicet præ timore. lib. 3. cap. 7. nō multum a fin. tom. 5.

Qvaestio CXXVIII.

De partibus fortitudinis.

Deinde conſiderandum eſt de partibus fortitudinis.

¶ Et primò, cōſiderandum eſt, quæ ſint fortitudinis partes.

rum ſolum cōcomitantia fiunt, nec propria ars, nec propria idea, nec proprium generans, & conſequenter nec propriū uitium aſſignatur, ut patet de ſubiecto & propria paſſione. Poteſt autem dubitatio iſta dupliciter ſolui. Primò, tenendo partem affirmatiuā, ſ. ꝙ defectus audaciæ ſolū cōtingit ex nimio timore, ut author in hac litera ſentire videtur, dum dicit, ꝙ motus audaciæ conſiſtens inuadendo contrariū, quia ſequitur inclinationem naturalem, qua vnūquodque potens inuadit ſuum contrariū, niſi per timorē impediatur, officiū naturalis inclinationis exequitur: & propterea infert non inueniri uitium oppoſitum audaciæ per defectum. Sed quoniam defectus audaciæ non ſolū ex nimio timore, ſed ex parua, uel nulla ſpe ſuperandi contraria, mala quandoque fit: nā ſicut ſpes eſt cauſa audaciæ, ita defectus ſpei eſt cauſa defectus audaciæ: ideo aliter dubitatio hæc ſoluitur tenēdo partem negatiuam, & dicendo, ſicut datur quadruplex peccatum contra actum fortitudinis, ita & quadruplex uitium contra uirtutem fortitudinis, quorū tria ſunt nominata ab Ariſto. & in litera. Quartum autem, de quo eſt quæſtio, ab aliquibus nominatur uecordia, & merito, ꝑ quanto uel in compoſitione ſumitur ꝑ ſine, quia qui non audet, quaſi ſine corde eſt, & uecors dici poteſt. Nec oportet aliam rationem huius uitij reddere, q̄ ꝙ actus eius, ſcilicet non audere, quando, aut quantum oportet, eſt actus ſecundū ſe ex propria ſpecie contrarius fortitudini directè, & non ſolum ex concomitantia alterius uitij exurgens, ut probatū eſt. Et confirmatur, quia ſi homo nō timeret, & tamē diffideret de uictoria, deficeret in audendo, & hoc peccatum incurreret. Videmus quoq; in alijs, homines quoſdam,

qui non timore principaliter acti, ſed quadam animi paruitate, q. 188. non audent attentare aliquid: quæ omnia oſtendunt defectum audaciæ aliunde q̄ ex timore principaliter quandoque cauſari. Author autem rationem reddit in litera, quare non inuenitur hoc uitium poſitum ab authoribus, quia ut in pluribus peccatum tale cōmittitur lib. 3. cap. 7. tom. 5. ex cōſequenti ad peccatum timoris. Poſſet quoque dici, quòd author reddit rationem, quare non inuenitur tale uitium, q. præced. art. 2. referendo ad merita propria obiecti proprij ipſius audaciç & timoris, & referendo hominem ad illud obiectum: namque utriuſque obiectum proprium eſt malum arduum. Ex proprijs autem meritis malū nō fugat, aut minuit inuaſionē contra ſe, D. 255. niſi ingerendo timorem. Nec homo inuadens deſiſtit ab inuadendo malum contrarium, ſola mali cōtrarij ratione habita, q. 123. art. 3. niſi quia malum ingerit homini timorem: cum quo tamen ſtat, ꝙ referendo hominem ad obiectum audaciæ compoſitū ex malo & bono, ſicut audacia ex hac parte cauſat̄ ex ſpe, ita defectus audaciæ a defectu ſpei. Siue ergo intelligas literā hanc, quare non inuenitur tale uitiū poſitum, ſiue quare non inuenitur referendo ſolum ad proprium obiectū, ex reuerentia aliorum, quā author innatā habuit, dictum puto.

¶ *Super Quæſtionis centeſimæuigeſimaoctauę Articulum primum.*

In quæſtio. 128. ar. unico dubia multa ex Martino occurrunt. Primum eſt circa illud, Fortitudo, ut eſt ſpecialis